cogitationem revocando, et positum Pastorum vigor Ecclesiam Jesu Christi, quam acquisivit sanguine suo. Itaque omni caritatis studio provideat, ut populus sibi pastoralis vigilantia creditus verbo Dei, salutari animarum alimento, quam frequentissime et uberrime pascatur, sana doctrina, sanctisque praeceptis imbuatur, et secundum Deum instituatur. In eo autem praecipua versetur eius cura, et solicitudo, ut ea, quae sunt sanctimoniae, munditiae, et decori divinus cultus peragatur, conservetur, augeatur. Cum vero sui, qui aliis studio pietatis, sanctimonia, et christianis virtutibus praelucere debet, vitam, et mores ita componat, ac informet, ut inde caeteris populis sanctae exempla, et quotidie uberius in viam Dni proficiat, ac profecerit quaerat. Praeterea piorum locorum, et praesertim Hospitalium eo impensius curam suscipiat, quo magis in diis experientia novimus, maioris ea loca indigere, ut Christiani Dominis opera, integritate, ac fide; ab Administratoribus vero singulis annis rationem requirat; operamque det, ut reditus eorum locorum in usum pauperum, et eorundem utilitatem tantummodo insumantur. Illud praeterea sabbatis, cum huiusmodi loca ad pauperum, calamitosarum, et miserabilium personarum sustentationem, ac solamen fuerint instituta, sane praesertim Christi causam ait, qui nobis pauperes tantopere commendavit. Illud quoque sui muneris esse intelligens, omittere non debebit, ut iurisdictionis, immunitatis et libertatis ecclesiae defensorem praebeat; atque ut adversus bonorum Ecclesiae,

et piorum locorum usurpatores, occupatoresve sua semper utatur auctoritate. Postremo et illud praestare non obliviscatur, ut antequam statutum tempus, quod ex decreto Sacr. Concilii Tridentini ad quartam SS. Apostorum Limina visitationem statutum est, quod die XX mensis Decembr. anni M.D.XCIII incepit, et dicunt ad XX diem Decembr. M.D.XCVI; munus hoc suum impleat. Quae omnia dum Christi pietatis, atque in Apostolicam Sedem perspecta devotionis strenuus, Deum rogamus, ut illum diutius incolumem servet. In quorum fidem has nostras litteras, quibus propria manu subscripsimus, sigilli nri impressione munire mandavimus. Datum Romae die XXV Junii M.D.XCV. Pto.

Her. Card. Maccharatus

Joannes Nic. Fag. secretus.